

Tale erit opus tuum, qualis fuerit intentio tua. S. BONAV. in cap. XXXIV Luc.

Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum.

Nec bonitas sine ratione boni.

Intentio operi tuo nomen imponit.

Deus coronat voluntatem, si non invenit facultatem. S. CHRYS.

Si desint vires tamen est laudanda voluntas. OVIDIUS.

## AUCTORES.

Jeremias Drexellius, in *Amussi*.

Theophilus Bernardus, de *Perseverantia prossidis*.

Eusebius Nierembergius, lib. IV, *doct. III Aretica*. Item I, II, de *Ador.* c. XXI.

*Praxis bonarum intentionum*, Gallice edita, et postea latinitati tradita et Coloniae exensa.

Philippus D'Outreman, in *Pædagogio Christiano*, p. II, cap. X.

Alphonsus Rodriguez, de *Perf. Christiana* p. I, tr. III.

## I N V I D I A .

## QUOD ESSENTIAM.

DEFINITUR. — Definitur sic Invidia a S. Augustino: « Invidia est odium felicitatis alienæ; » a Remigio sic: « Invidia est dolor de alieno bono; » a Damasceno: « Invidia est tristitia de alienis bonis; » a Philosopho: « Invidia est tristitia in apparenti felicitate alienæque inimicorum. » Item aliter: « Invidia est dissensio ab alieno bono existimato diminuire proprium. » S. BONAV. *Centilog.* p. I, sect. X. Doctor autem Angelicus definitionem S. Joannis Damasceni adducens, eam his fere explicat verbis: Dicendum, quod obiectum tristitiæ est malum proprium. Contingit autem id, quod est alienum bonum, apprehendi ut malum proprium, et secundum hoc de bono alieno potest esse tristitia; sed hoc contingit dupliciter. Uno modo, quando quis tristatur de bono alieno, in quantum imminet sibi ex hoc periculum aliquis nocenti, sicut cum homo tristatur de exaltatione inimici sui, timens, ne eum lædat; et talis tristitia non est invidia, sed magis timoris effectus, ut Philosophus dicit, 2. Rethor. Alio modo alterius

bonum aestimatur, ut malum proprium, in quantum est diminutivum propriæ gloriæ et excellentiæ, et hoc modo de bono alterius tristatur invidia. S. THOM. II, II, q. XXXVI, a. 1, c. 2. Dicitur autem, juxta S. Bernardinum, *invidia* a non videndo, quia non potest videre aliorum bona. Unde odium boni, quod latet in corde, etiam inadvertenter monstratur in facie. S. BERN. t. III, s. de *Exercit. malig.* Sp. a. 3, c. 2. Proinde Seneca ait: Quidquid mente fugimus, ingesta oculis vix videmus. Depingitur ut *Femina* (quia infirmi animi vitium est, et in feminis maxime reperitur) *annosa* (quia ab initio mundi ætas ejus *inperens carnes manducans*, quia non nisi alienis pascitur malis, et ut vîpera detrahere gaudet fama proximi) *macie et pallore confecta*, quia invidus perpetuis curis et tristitiis inlabescit *cor proprium elens* (quia suum proprium subjectum consumit) *oculos habens obscuros et lividos* (quia mentis oculum confundit, rectumque iudicium obnubilat.) Vide MARCHANT. tr. IV, *Tuba Socerd.* lect. I.

DIVISIO — Duplex est genus Invidiæ, unum laude, alterum vituperio dignum. Vitiosa et vituperabilis invidia est, quæ facit, ut de alieno vel bono doleas, vel malo gaudeas. At laudabilis invidia importat dolorem de defectu proprio, in comparatione ad aliquem habentem id, quo iste caret. Cum quis dolet de alieno bono, non ob id, quod eo alius gaudeat, sed quia ipse suo merito illo careat, ea commendabilis est invidia. Atque isto modo invidebat Rachel, quod infœcunda esset, sorori suæ, inquit Tostatus, eamque invidiam non condemnat, sed plurimum etiam prædicat Scriptura Sacra, dicit nempe in sequentibus: « Recordatus Dominus Rachelis, exaudivit eam, et aperuit vulvum ejus, sublataque sterilitate fructum ei benedictionis impertivit. » Ex quo intelligamus, ut quis sua apud Deum negotia feliciter tractet, et subita in ejus domo incrementa faciat, ei hanc tenendam ac terendam esse viam, ut non invideat gratiæ, aliene, nec de splendore aliorum doleat, quando ipse gaudet de inferiorum tenet, sed exigua sua merita deplorat, per que fit, ut loco angustiore et sublimiori sit indignus. Unde et S. Paulus cum ad profectus studium exstimulare Corinthios vellet, hæc ad eos scribit: « Emulamini charismata meliora. » 1. Cor. 12, v. 31. Verbum *emulamini*, videtur scrupulum

movere posse, quod servos Dei emulationes dedecent. Bene illud, si Apostolus, *invidete*, et non, *emulamini*, diceret; nam invidia ab emulatione in hoc distat, quod invidia, ut loquitur Aristoteles, lib. II Rhetoric. cap. 1, est improbum, et improborum æmulatio, probum quidem, et proborum, quam post hæc enucleatius se describit: « Emulatio est dolor quidam, quoniam bona et honorabilia, quæ quoque assequi posset, natura similibus adesse videntur, non quoniam aliis sunt, sed quoniam non ipsi quoque. » Hæc ille; ex cujus sententia ille proprie æmulatur, qui hoc nomine tantum alios felices dolet, quod non ipse eis æque felix est. Et hoc laudem meretur. Secundum hæc, cum jubemur æmulari Charismata meliora, id nobis dicitur, ut eadem a Deo obtineamus, id non alia ratione commodius, promptiusve fieri, quam si hæc penes alios doleamus, non quia his alii sunt ornatu, sed quoniam nos hæcenus non admodum laboravimus, neque modis omnibus conati sumus, ut eadem nobis obtinerent. Hæc est præstans ratio status, hic optimus modus tractandi sua apud Deum negotia, ut non invidemus fortunæ aliorum secunde, sed de nostra sinistra doleamus. ABULENSIS, apud Nyssen. § 4, ser. III, post Dom. 1, *Quadr.*

Ab aliis dividitur in eam, quæ tristatur de bono alieno, in quantum est *perniciosum* sibi vel alteri; et eam, quæ tristatur de bono alieno, *quatenus nobis deest*; et eam, quæ tristatur de bono alieno, *in quantum possessor ejus indignus est*; et eam denique, quæ tristatur de bono alieno, *in quantum aliquem excedit alter in illo*, et hæc species propriæ Invidiæ nomen meretur.

ACTUS. — *Tristari et indignari de bono alterius*; sicut Cain tristatur est, quod Deus sacrificium Abelis respexerit.

*Lætari de malis alterius*; uti S. Prosper his verbis expressit: De bonorum malis gaudent, de profectibus lugent, et inimicitias gratuitis ardent. S. PROSPER I, III, de *Vit. cont.* c. IX.

*Bona aliorum silentio tegere*; nam sicut vultures per amena et odorata prata volantes, ea despicunt, et prætereunt; ita Invidi non nisi illa, quæ alterius gloriam imminuere possunt, observant.

*Manifestam aliorum virtutum calumniari*; nam ut S. Basilus recte advertit, fortitudinem audaciam potius appellant; modestum, sine sensu hominem; justum, imitem et

nimum severum; prudentem, astutum; magnificentum, vastum; liberalem, ut prodigum taxant; domesticæ frugalem, avarum dicunt. Denique omnis virtutis species in vicina vitiorum nomina convertunt. S. BASIL. in *orat. de Invid.* Quæ omnia in Pharisæis Christi actiones observantibus et male interpretantibus videre est; hinc illæ voces: Non est hic homo a Deo, qui Sabbatum non custodit. JOAN. IX, 46. Quare cum peccatoribus et Publicanis manducant magister vester? MATTH. IX, 11. In Beelzebub principe Dæmoniorum eiecit Dæmonia. LUC. II, 43.

*Aliorum bona opera impedire*; idque vel detractionibus eorum famam obscurando; vel propriis laboribus occasione bene agendi illis præcipiendo. Hinc Apostolus dicebat: Quidam propter invidiam et contentionem; quidam autem et propter bonam voluntatem Christum prædicant. PHILIPP. I, 15.

Paulo aliter hos videtur assignasse S. Bernardus, dum dixit: Hic spiritus (invidiæ) cum exercitu suo exagitat, atque impellit animas ad quinque invidiæ filias, videlicet ad odium, ut inimicem homines velint sibi malum, et nolint bonum; ad exultationem in proximorum adversis; ad afflictionem in proximorum prosperis; ad insurrectionem latentem; ad detractionem patentem; ad tantam enim contrarietatem hic spiritus nequam seducit suos sequaces, ut ita Deo adversarii sint; ut, sicut Deus tam bonus est, quod etiam de malis elicit bonum, sic e converso isti tam mali sunt, quod de bonis eiciunt malum. Et sicut bonis etiam mala cooperantur in bonum, ita invidis omnia bona cooperantur in malum. S. BERN. SEN. apud Mansi, tr. XXXVIII, dis. I, 5.

S. Albertus Magnus illum Amos textum: Mittam ignem in Theman, et devorabit aedes Bosræ, ita ad præsens pariter exponit propositum, dicens: Ista pars spiritualiter exponitur de invidis, quorum tria et quatuor scelera sunt. Primum quidem parvitas cordis, omnia enim parva reputat, quæ habet, quamdiu alium in prosperis videt. Job v. *Parvulum occidit invidia*. Unde, in libro Esther c. III, Aman, qui *iniquus* interpretatur, cum omnia haberet, nihil reputavit, quia vidit Mardocheum sedentem ante fores palatii. Secundum est tristitia de bona alterius; torquetur enim invidus in bonis proximi. Tertium est machinatio continua. Prov. VI. « Corde machinatur



malum, et omni tempore jurgia seminat. » Isti sunt tres Spiritus. Apoc. xvi. « Vidi de ore Draconis, et de ore bestie, et de ore Pseudo-prophete exire Spiritus tres immundos in modum ranarum; » sunt enim Spiritus Dæmoniorum. Quartum est pertinax fratrum impugatio, qua scilicet sine scelere fratres impugnant. S. ALBERT. M. in *Amos*, 12.

## EX S. SCRIPTURA.

QUALITAS. — Ad invidiam concupiscit spiritus, qui habitat in vobis. JAC. IV.

Eris invidus vite tuæ. ECCL. XVIII, 33.

Memento, quoniam malus est oculus nequam (de quo Siraides dicit: Nequam est oculus lividi). Nequius oculo quid creatum est? ECCL. XXXI, c. XIV.

Rursum contemplatus sum omnes labores hominum, et industrias animadverti patere invidiæ proximi, et in hoc ergo vanitas, et cura superflua est. Ib. c. XXXI.

Cum sit inter vos zelus et contentio, nonne carnales estis, et secundum hominem ambulatis? I COR. III, 3.

Invidia Diaboli mors introivit in orbem terrarum; imitantur autem illum, qui sunt ex parte illius? SAP. II, 24.

Circumveniamus justum, quoniam inutilis est nobis, et contrarius est operibus nostris, et improprietat nobis peccata legis, et diffamat in nos peccata disciplinae nostræ. SAP. II, 11.

Nequam est oculus invidi, et avertens faciem suam, et despiciens animam suam. ECCL. XIV, 8.

FUGA. — Ne comedas cum homine invido, et ne desideres de cibis ejus, quoniam in similitudine arioli et conjectoris æstimat, quod ignorat. Comede et bibe, dicit tibi, et mens ejus non est tecum. PROV. XXIII, 6.

Cum ceciderit inimicus tuus ne gaudeas, et in ruina ejus non exultet cor tuum, ne forte videat Dominus, et displiceat ei, et auferat ab eo iram suam. PROV. XXIV, 17.

Deponentes igitur omnem malitiam et invidias, et omnes detractiones sicut modo geniti infantes, rationabiles, et sine dolo lac concupiscite, ut in eo crescat in salutem. I PETR. II, 1.

Non efficiamur inanis gloriæ cupidi, invicem provocantes, invicem invidentes. GAL. V, 26.

Neque cum invidia tabescente iter habebis, quoniam talis homo non erit particeps Sapientiæ. SAP. VI, 25.

DAMNUM. — Va illis, qui in via Cain abierunt! Propter quid (enim) Cain occidit Abel? Quia opera ejus erant maligna, fratris autem ejus justa. JUD. II.

Qui in ruina letatur alterius, non erit impunitus. PROV. XVII, 5.

Ubi zelus et contentio, ibi inconstantia et omne opus pravum. JAC. III, 16.

Vita carniun, sanitas cordis; putredo ossium invidia. PROV. XIV, 30.

Qui sibi invidet, nihil est illo nequius; et hæc est redditio malitiæ illius. ECCL. XIV, 6.

Noli æmulari in malignantibus, neque zelaveris facientes iniquitatem; quoniam tanquam fenum velociter areseunt, et tanquam olera herbarum cito decident. PSAL. XXVI, 1.

Zelus et iracundia minuant dies, et ante tempus senectam adducunt. ECCL. c. XXX.

## EX SS. PATRIBUS ET DOCTORIBUS.

QUALITAS. — Huic (invido) vultus minax, torvus aspectus, pallor in facie, in labiis tremor, stridor in dentibus, verba rabida, effrenata convitia, manus ad cædis violentiam prompta, etiamsi a gladio interim vacua, odio tamen furiatæ mentis armata. S. CYR. de *Zelo*.

Insanabilis est prorsus ipsorum livor; non enim placantur blanditiis, non mollescent obsequiis, non rationibus acquiescunt, quin potius quemadmodum ignis accenditur additione lignorum, ita et horum passio augetur multiplicatione virtutum. S. LAUR. *Just. de Discip. Mon.* c. XIII.

Bonis utitur invidus male, quia omnibus bonis, quæ miser execratur, adjunctus, animi sui supplicio relinquatur affligendus. Et quis ei poterit subvenire, qui se sibi exhibet invidendo carnificem? Aut unde sibi parabit salutem, qui de salute male utendo faciat perniciem? S. PROSPER. de *Vit. contempl.* c. IX.

Nihil his inimicitiis difficilius, quæ ex invidia amarissimo fonte descendunt; quandoquidem his, qui ex aliis actionibus inimici sunt, si alter forte aggressi alterum vincere beneficiis, continuo ferocitas mitigatur; in invidum autem si beneficia conferantur,

multo amplius inflammatur, et quanto plura fuerit consecutus, tanto majoribus incendiis conflagrabit, magis enim irascitur et dolet, quod ab eo boni aliquid consequitur, quem noli quicquam boni vel habere, vel posse præstare. S. ZENO, s. de *Livore*.

Invidi peiores sunt feris, Dæmonibus autem parvis, et fere deteriores; nam feræ esca indigentes, vel a nobis irritate adversus nos armantur; Invidi vero etiam beneficiis allecti benemeritis maleficiis prosequuntur. Dæmones quoque licet contra nos bellum exerceant impacatum, consortibus tamen generis non insidiantur; Invidi vero neque naturæ communionem reveriti sunt, neque sibi pepercerunt. S. CHRYS. hom. XLIV, ad *Pop. Ant.*

Invidia non solum multos, sed et optimos tangit. S. CYR. apud *Beir.* in *festo S. Jo. Bapt.* text. II.

Quale malum est, quo Angelus cecidit, quo circumveniri et subverti alta illa sublimitas potuit, quo deceptus est, qui decipit? SALVIANUS, l. V, de *Prov.*

Prosperitas aliena illi (Invido) supplicium est; et parum est, si ipse sit felix, nisi alter fuerit infelix. S. CYR. s. de *Zelo et livore*.

Invidia filia est Superbiæ, sed ista mater Superbiæ nescit esse sterilis, ubi fuerit, continuo parit; suffoca matrem et non erit filia. S. AUGUST. de *Verb. Domini*.

Invidi color pallore afficitur, oculi deprimentur, mens accenditur, membra frigescent, sic incogitatione rabies, in dentibus, stridor. S. GREGOR. NAZIENZ.

Invidus alienas jacturas suos quæstus existimat. S. CHRYSOST. *Sup. Math.* hom. XII.

FUGA. — Nihil magis Christiano cavendum, nihil cautius providendum, quam ne quis invidia et livore capiatur; ne quis, dum zelo in fratris odia convertitur, gladio suo nescius ipse perimatur. Idem.

Fugiamus intolerabile malum, serpentis id est preceptum, Diaboli inventum, Inimici satio, punctionibus arrhabo, pietatis impedimentum, via ad gehennam, Regni cælorum privato; nam et ipso fatentur ore hoc vitium Invidi. Aspectus illis est aridus et obscurus, gena subtristis, supercilium demissum, anima ipso morbo suffusa, prudentia destituta. S. BASIL. h. XI.

Consideret unusquisque conscientiam suam, et si se videat de prosperitate proximi suinvidia veneno percussus, evellat de pectore suo spinas et tribulos, ut in eo se

men Domini quasi in fertili agro multiplicata segete luminis concipiatur, ut amaritudo invidiæ, Christi dulcedine leniatur. S. AUG. s. xxxviii de *Temp.*

Fuge Invidiam, quæ non solum alienos, verum multo magis eum, quem possederit, lacerare consuevit. S. AMBROS. lib. de *Fuga sæculi*.

Tolle Invidiam, et tuum est, quod habeo; tolle Invidiam, et meum erit, quod habes. S. AUGUST. *sup. Joan.*

DAMNUM. — Oro te, quid Invidio delectationis præstat Invidia, quem secretis quibusdam conscientia unguis livor ipse discerpit, et alienam felicitatem tormentum facit? S. HIER. ad *Demet.*

Parvulus est, qui Invidia occiditur, (teste Job) quia nisi ipse inferior existeret, de bono alterius non doleret. S. GREG. I. V. *Mor.*

Quamvis per omne vitium, quod perpertratur, humano cordi antiqui hostis virus infunditur, in hoc tamen nequitia sua tota viscera commovit serpens, et imprimendæ malitiæ pestem vomit. Ibid.

O Invidia, quæ semper sibi inimica est! nam qui invidet, sibi quidem ignominiam facit; illi autem, cui invidet, gloriam parit. S. CHRYS. *sup. Math.*

Tantos Invidus habet justæ pœnæ tortores, quantos invidiosus habet laudatores. S. PROSP. l. III, de *Vit. contempl.*

Invidia est interitus vite, pestis nature, adversa omnibus bonis ex Deo venientibus, demum ipsi Deo contraria. S. BASIL. hom. n. 11.

Invidia radix est malorum omnium, fons cladum, seminarium delictorum. S. CYR. s. de *Zelo et Livore*.

Grave quid Invidia, grave et simulatione plenum. Hoc mundum innumeris replevit malis. Ex hoc morbo litibus plena sunt tribunalia; ex hoc pecuniarum amor, ambitio et inanis gloria. Hinc urbes obsidentur, et mare piratas habet. Hinc per orbem cædes, hinc genus nostrum dissipatum est. Quodcumque malum videris, ex hac radice producit. Jam enim et in Ecclesiis, bacchata est, et prius innumera patravit mala. S. CHRYS. h. XLIV, ad *Pop. Ant.*

Invidia sibi primum nocet, primum auctorem suum mordet, menti officit, cor quasi pestis depascit, animum urit. S. ISTM. *Sol.* II.

Hæc est hospes, qui apud suum hospitem inhospitaliter hospitatus, sui hospitis labe-



fecit hospitium. Hæc est possessio suum possidens possessorem; quæ, dum alios detractionum latralibus vexat, sui possessoris animum in festino morsu profundius inquietat. S. GREG. I. II. *Mor.* c. xi.

Quisquis ille est, quem in zelo suo persequitur invidus, subterfugere eum forsitan poterit, et vitare; invidus vero fugere non valebit. Ubicumque fuerit adversarius suus, secum est hostis in pectore semper inclusus. S. AUGUST. ser. LXXXVIII. *de Temp.*

Admonendi sunt invidi, ut perpendant, quante cæcitatibus sunt, qui alieno profectu deficiunt; aliena exaltatione contabescunt; quante infelicitatis sunt, qui melioratione proximodeteriores fiunt, dumque augmenta alienæ prosperitatis aspiciunt, apud semetipsos anxii, afflictis cordis sui peste moriuntur? Quid istis infelicitibus, quos dum conspecta felicitas afficit, pœna nequiores reddidit? Aliorum vero bona, quæ habere non possunt, si diligenter, sua facerent. S. GREG. p. III. *Post. Admon.* xi.

Hoc solum invidus bene agit, quod se cruciat; cætera peccata in futurum puniendi servantur. Invidia ob magnitudinem sceleris, etiam in presenti digna accipit. Invidia, quod malum hosti optat, sibi ipsa facit, quia igne, quo urit, uritur. LAUR. PRÆSB. *apud Mansi*, dis. xiv, n. 3;

Quid invidis hominibus est miserabilis, quibus, cum liceat gaudere, et fructum lætitiæ suæ capere, ipsi tamen malunt propter alienas felicitates dolere, et eum dolore ipso pœnam a Deo et supplicium intotabile accersere? S. CARYS. t. I, h. 22.

Invidia animum cruciat; invidus enim de lætitiâ tabescit, de sanitate languescit; de pinguedine macrescit. O insaniam et stultitiam! Invidia de alieno vulnere suum vult sanare vulnus, sanitatem quærit de aliena infirmitate, bonum in alieno malo; quod idem est, ac si quæreret ignem in aqua, et aquam in igne, in spinis uvas, in tribulis ficus. BELIÖV. I. III. *Spec.* p. IV, dist. 1.

Quanta hominum gaudia sunt, tanti invidorum gemitus. Tales signantur per buffones, qui moriuntur horibus vinearum. S. ALBERT. M. *in Apoc.* xvi.

Quotidie (Dæmon) invidiam suggerendo, conatur fraternam charitatem dissipare. Inde Joannes Papa ait: Conatur versutus hostis ab initio ruinæ suæ, Ecclesiæ unitatem scindere, charitatem vulnerare, et honorum operum dulcedinem felle invidiæ in-

ficere, et omnibus modis, quibus potest, humanum genus evertere, et perturbare. Dolet enim satis, et erubescit, charitatem, quam ipse nequivit habere, id est, conservare in cæcis, homines constantes ex lutea materia possidere in terris. Et tanta est malitia invidiæ ejus, ut, cum ex tentationibus, quibus nos infestat, augeatur ei pœna accidentaliter inferni, tamen potius eligat sibi illam augeri, tentando nos, ut urere faciat, quam illa carere, desistendo a tentationibus. S. ANTON. p. II, tit. viii, c. 1, § 2.

Hoc exemplo (Christi nullam in Nazareth virtutem facere potens) pariter et oraculo declaratur, quod frustra opem misericordiæ celestis expectes, si aliene virtutis fructibus invidias; aspernatur enim Dominus invidiorum est, et ab iis, qui divina beneficia in aliis persequuntur, miracula suæ potestatis avertit. S. AMB. I. IV. *in Luc.* c. iv.

Cum divitum cor livoris putredo corruperit, ipsa quoque exteriora indicant, quam graviter animum vesania instigat. Color quippe pallore afficitur, oculi deprimentur, mens accenditur, et membra frigescent; fit in cogitatione rabies, in dentibus stridor, cumque in lateribus cordis crescens absconditur odium, dolore cæco tenebrat conscientiam vulnus inclusum. S. GREG. I. V. *Mor.* c. xxxi.

Inde (ex invidia) odium surgit, animositas inde procedit, avaritiam zelus inflammat, dum quis suo non potest esse contentus, videns alteram ditiores. Ambitionem zelus excitat, dum cernit quis alium in honoribus auctiorem, zelo excecante sensus nostros, atque in ditionem suam mentis arcana religente; Dei timor spernitur, magisterium Christi negligitur, Judicii dies non providetur, instat superbia, exacerbat sævitiâ, perfidia prævaricatur, impatientia contemnit, furit discordia, ira fervescit. S. CYP. *de Livore*.

Invidia mortifer stimulus, mucro reconditus, naturæ morbus, bilis venenosa, tabes sponte adhibita, telum amarum figens animam clavibus, flamma cordis, intestinorum ignis. Hanc qui habet, non suis malis, sed alienis bonis infelix est, et contra non suo bono, sed malis proximi felix est; invidus enim felicitate aliorum dolet, calamitatibus gaudet. S. GREG. NYSS. I. *de Vit. Monast.*

Servo Dei, cui subrepsit superbia, continuo ibi est invidia, non potest superbius esse non invidus, invidia filia est superbiæ;

sed ista mater nescit esse sterilis, ubi fuerit, continuo parit. S. AUG. c. v, *de Ver. Dom.* 5.

Invidia est illa pessima tinea, quæ purpura mentis virtutum demolitur; arugo, quæ thesaurum sapientiæ depredatur; bruchus, qui terrarum virentia comburit, quia, quidquid boni operis virosit in homine, pene pestis invidiæ perdit. Idem s. xviii, *ad Frat. Dom.* 5.

Quid hoc morbo tetrius? Quid humanæ vitæ perniciosius? Quid tam naturæ inimicum? Quid tam Deo ipsi adversum? Nec mirum, et ipsum malitiæ Principem Diabolum adversus humanum genus nihil aliud, quam invidiæ morbus accendit; per hanc namque stimulatus, etiam Deo ausus est repugnare. Etenim adversus Deum indignans pro his donis, quæ homini concesserat, quoniam in ipsum Deum nihil poterat, homini, quem diligebat, perniciem, mortemque molitus est. S. ZENO s. *de Livore*.

Hinc Dominiæ pacis vinculum rumpitur; hinc fraterna charitas violatur; hinc adulteratur veritas, unitas scinditur, ad hæreses atque schismata prosilitur; dum obtrectatur Sacerdotibus, dum Episcopis invidetur, dum quis aut queritur, non se potius ordinatum, aut indignatur alteram ferre præpositum. S. CYP. *de Zelo et Livore*.

Omnia mala ex radice nascuntur invidiæ, et hoc uno validissimo mucrone usus ab initio mundi usque ad consummationem ejus, Diabolus omnes pene animas trucidavit. S. ZENO, l. c.

Invidia pestiferum malum, hominem in Diaboli conditionem ac in Dæmonem immiffissimum convertit; per eam mors venit in mundum, propter ipsam Abel est interemptus, David cædis periculum subit, et Judæi Christum interfecerunt. Invidi adversa aliorum fortuna, ut scarabei aliorum stercore nutriuntur. S. CARYSOT, *in h.* 6.

#### EXEMPLA SACRA EXTERNA.

QUALITAS. — Saul, ubi audivit cantantes mulieres; Percussit Saul mille, et David decem millia, iratus est nimis, et displicuit in oculis ejus sermo iste, nec rectis oculis aspicebat David a die illa, et deinceps. I REG. xviii.

Lucifer, postquam intellexit, decretum esse a Deo, ut Filius Dei naturam humanam assumat, invidens ei talem dignitatem, re-

bellionem cum complicitibus incepit. S. BER. s. vii, *in Cant.*

Esau odit semper Jacob pro benedictione, qua benedixerat ei pater, dixitque in corde suo: Venient dies luctus patris mei, et occidam Jacob fratrem meum. GENES. xxvii.

Palæstini invidentes Isaac, quod ita benediceretur a Domino, puteos ejus obstruxerunt.

Filii Jacob invidabant fratri suo, nec poterant ei quidquam pacifice loqui, quod a patre plus aliis diligeretur. GENES. xxx.

Cam in aula Principis ejuisdem Sienli duo essent milites, quorum unus invidus erat, alter vero avarus, ambo vero omnibus hisce criminibus noti, Princeps die quadam se cum aulicis suis rocare volens, ambo ad se accessit facit, et in conspectu omnium eorum sibi præstita beneficia magnificans, eademque grato animo remunerare volens, illos a se petere jussit, quiquid vellent, paratum enim se ad eorum desideria satisfaciendum, ita tamen, quod, postquam primus pro voto accepisset petita, alter eadem duplicata acciperet. Tacuit ambo, et nullus volebat esse primus; nam cogitabat avarus, si sum primus, recipiam minus, quam si essem secundus, cum duplum sit ei promissum, quam primo postulanti. Cogitabat invidus, si primus respondeam, iste socius meus plus me recipiet, nunquam hoc poterit animus meus, potius volo dimittere petitionem meam, et consecutionem alicujus boni. Camque inter se disceptarent, alter alterum præponeret in petendo, demum voluit dominus, quod invidus esset primus in petendo. Cæpit iste cogitare intra se, quid petere possum, ut iste socius non excedat me in donis? Si petam unam vestem, vel equum, iste duo habebit; si mille florenos, iste duo mille, si unum castrum, iste unam civitatem obtinebit. Sustinere hoc non possum, potius volo eligere aliquid malum pati, ut et ipse duplum habeat, quam obtinere bonum, in quo ipse me superet. Dixit ergo: Domine mi, ego peto ut unus oculus mihi eruarit, et sic socio duo extrahantur. Quid inde factum sit, non dicitur, sed bene fuisset invidio factum, ut uno oculo evulso socius evasisset illæsus, ex quo tam diabolica conditio fuit in eo. S. ANTON. p. II. tit. viii, c. 1, § 2.

Tametsi discipuli Dæmonis Joannis Baptistæ eum adeo ab honore et dignitatis humanis alienum esse sciverint, ut etiam



altissimam Messias dignitatem repudiari, attamen impulsu sequentes naturalem, sibi invidiam prædminari sinentes, Christum majorem honorem accipere, quam Joannem, tolerare non poterant. Unde S. Antoninus ait: Discipuli Joannis Baptistæ invidabant aliquantulum Christo, eo quod haberet majorem concursum et famam, quam Magister eorum, unde zelantes pro ipso dixerunt ei: *Is, cui testimonium perhibuisti, plures discipulos facit.* ANTON., p. 2, tit. VIII, c. 1, § 2.

In toto mundo nullus populus veri Dei lumen notitiamque habebat, sicuti Judæus, in quo cultus Dei, veraque fides et religio perseveravit. Et nihilominus quis nescit, quoniam depravatus, justissime Dei iræ evasit scopus, unius vitio invidiæ, dicente S. Chrysostomo: Hæc Abrahæ progeniem, populum sanctitatis, ad Auctoris sui cædem, ad mortem sui Salvatoris armavit. S. CHRYS., ser. VI.

Post mortem Josue filii Israel simul venerunt, his Deum verbis interpellantes: *Quis ascendit antequam contra Chananaeam, et erit Dux belli?* At vero numquid ipsimet immediate et directe hanc electionem perficere poterant? Cur igitur jussu præstolabantur? (Jud. II.) Abulensis causam fuisse respondet, invidiam de altera præminetia; nam de quacumque tribu nunc sumeretur Princeps, illa tribus videbatur prælata cæteris, et ex hoc erat invidia, quæ valde vitanda erat in tali actu, ubi oportebat omnes esse unanimes; cum enim a Deo illuminati intelligerent, minime convenire, ut pro electione unius omnes alii mutua adversus se invidiam provocarent, tametsi aequali resignatione, et generositate præditi essent; hanc autem invidiam sciebant se timere non posse, si Deus quoad eligendum divinam suam voluntatem manifestaret; hæc nempe ad compescendum livorem et emulationem, quæ etiam inter viros virtuosos sæpe se insinuat, aptissima erat. ABULENS., c. XXII, *Jud.* q. 18.

Belisarius summus Justiniani Imperatoris prefectus, vir manu strenus atque animi magnitudine, aliisque virtutibus nemini sua ætate comparandus, adeo res præclare gessit, ut Justinianus Imperator ei meritum virtutis premium representaret, præter infinitos honores illi delatos, monetam eudi curavit argentæam, in ejus altero latere imago impressa fuit Justiniani, in altero Belisarii,

cum hoc elogio: Belisarius deens Romano- rum, tamen tot et tantis honoribus ornatum, propter levem et frivolum affectu regni suspicionem, ab æmulis gloriæ suæ suscitatum, non tantum omnibus honoribus privavit, sed etiam erutis oculis eo calamitatis induxit, ut e vii tugariolo stipem sibi mendicare coactus sit, iniquus: Dato obolum Belisario, quem virtus extulit, invidia obsecavit. PROCOE. I. III, *Dello, Pers.*

DAMNUM. — Comes quidam Bonifacius pro favore, quo apud Valentinianum Imperator, valebat, Præregis dignitatem in Lybia occidentali assecutus, Ætii, viri in Imperatoris aula præcipui, ita invidentes œculos perstrinxerat, ut hic tantam istius fortunam ferre nequens, calumniose cum apud Imperatorem occultæ, quam moliretur in imperium, rebellionis deferret. Ideoque talis ab Imperatore habitus, et publice nominatus est. Quod non ferens Bonifacius, ad Wandalos transfugit, ac per eos magnum toti Africanæ Ecclesiæ cladem intulit. Hæc sub an. 427 acciderunt. Anno porro 432, cum in gratiam Imperatoris restitutus, Romam militiæ Magister rediisset, iterum ab Actio impetitus, et sive duello, ut vult Paulus Diaconus, sive alio modo gravi ab Ætio accepto vulneri, ut scribit Marcellinus, occisus est. Sublato itaque æmulo, multis annis res suas feliciter promovit Ætius, qui devictio etiam Attilæ, Hunnorum Rege, a Valentiniano Consul creatus est, an. 454. Hujus anno, atque huic summi honoris gradui servabatur Divine vindictæ, crudelis viri invidia, nimirum Maximus quidam Senatorii Ordinis, e Maximi Tyranni illius stirpe, quem Theodosius senior Imper. e medio sustulit, novi Consul factum impatienter ferens, confictis calumniis, perinde ac si in Cesaream Majestatem quidpiam machinaretur, ita ejus apud Imperatorem per Eunuchos, gratiam succidit, ut vel ab ipsomet Imperatore, vel aliis ejus jussu, sit interfectus; periturus citius (ut certa revelatione vir quidam sanctus cognovit) nisi piæ uxoris ad limina Apostolorum, pro mariti salute quotidie supplicantis precibus servatus fuisset. PAUL. DIAC. *Hist. miscell.* l. XIV.

Lugduni paucos ante annos accidit, ut honestæ et nobilis matronæ conjux, ab alia item nobili, turpiter adamaretur; cumque ille summa pace et amore cum optima uxore a pluribus annis viveret, ista legitimis, castisque invidens amoribus, ut concedes

horum conjugum animos divideret, uxoris castissimam fidem apud maritum in suspensionem, tam verisimilibus voravit indicibus, ut innocens domo exturbata, et inhumanis modis a conjuge habita, non prius in gratiam redierit, quam multis post annis, tanti mali incentrix justo Dei judicio, gravissimo medicisque incognito afflicta morbo, cui nulla uspiam inveniretur medicina, ne morte quidem (mori enim non poterat) memor, quantam perniciem quietissimo conjugio attulisset, convocatis conjugibus veniam rogavit, fassa palam, ab se per summam calumniam invidiamque, conficta esse omnia ea, quibus sanctum inter illos casti thori amorem imple distraxisset. Quibus dictis animam efflavit. *Pædag. Christ.* p. 1, c. VII, § 5, n. 4.

Anno 1643, ante Cineralia, Parisiis, regali luxu nuptias celebrari in æde viri prænobilis accidit, qui puellam duxerat, quam plures proci deperierant. Hi indignati, sibi prædam ereptam, funestam plane tragediam adornant. Mensis remotis, omnes larvati, histrionum in morem subintran; sponsum astu in vicinum cubiculum se vocatum strangulant, ac vestibus continuo exutum, aliusque mortuariis indutum, ac larva personatum, in convivantium cœtum humeris suis inferunt; saltumque funebrem exorsis mire omnes oblectant; dum tandem signo dato, avolant, et se Euro ocyus ex adibus propriant, relicto super pavimento, ut putabatur, socio larvato, qui mortui partes egerat. Hunc jam cæteris dilapsis, convivæ tradunt, vellunt, ut assurgeret; ad hæc omnia immoto, sponsa forte larvam detrahit, et, o ludum insolentem! o ferales nuptias! ecce sponsus, verum funus exhibetur, compertumque a lavernionibus, ob sponsam sibi præreptam morte crudelissima præfocatum, ac omnibus ostentui et ludibrio expositum fuisse. ENGLEER. *Dom. Quinquag.* § 1, p. 2.

Lutherus erat Monachus Augustinianus, cumque ab Archiepiscopo Moguntino ad colligendas pro bello contra infideles elemosynas Indulgentiæ Cruciatæ promulgarentur ipse concursum ad Ecclesias Dominicanorum multo majorem, quam ad suas esse videns, inde exasperatus, talem conceptu displicentiam et furorem, ut calumiam suam ad instar gladii acens, contra auctoritatem Romani Pontificis, nec non contra Indulgentias scribere coepit, et hinc originem

suam duxit ejus rebellio, qua tot alios una secum in tot errorum barathrum perduxit. MARCH. in *Hort. Post. et in Tub. Sac.* c. IV, lect. 8.

Amas Agagites invidens gloriæ Mardochei, quæsit ab Assero Rege deleri totum genus Judæorum, et ipsum Mardocheum in ligno preparato suspendi; sed mediante Regina Esther versa est sententia contra eum, ut illo die suspendenderetur in ligno ab eo preparato, et omne genus suum. ESTHER, 7.

Invidia Diaboli primi parentes seducti sunt, et mors in orbem terrarum introivit. SAP. 2.

Cain ob invidiam erga Abel concepit primum homicidium perpetravit. GEN. 4. Propter invidiam Pontifices Christum tradiderunt, et morti adjudicari potiverunt. MARCH. XV, 40.

Invidus quidam Monachus de Psalterio furto sublato Paphnutium falso accusans, a Dæmone sic obsessus est, ut a nullo alio (licet plures in illo conventu gratiam pellendi Dæmones haberent) expelli potuerit, quam a Paphnutio. *Spec. ec. dist.* II, ec. 221.

Aulicus quidam, cum æmulum suum apud Regem de adulterio cum Regina commisso falso accusasset, eoque rem deduxisset, ut Rex mandatum calcariis daret, ut primum aulicum, qui ad ipsos venturus esset, in fornacem projicerent, justo Dei judicio (quia æmulus ejus prius ad calcarios missus, interea ad sacellum Missam auditorum diverterat), primus ad ipsos venit, et in fornacem conjectus perit. *Id., dist.* IX, ec. 133.

Invidus Sacerdos Florentinus quia S. Benedicto venenum dedit, et septem nudas puellas in ejus conspectu choreas ducere jussit, mox repentina morte interiit. S. GREG. I. II, *Dial.*

Lugduni cum puella quadam maritum quempiam turpiter deperisset, eumque in finem uxorem ejus, feminam honestissimam in suspicionem commisi adulterii pertraxisset, occulto quopiam morbo gravissime correpta est, nec citius mori potuit, quam crimen ex invidia admissum fateretur. *Pædag. Christian.* p. 3, c. VII, § 5, *ex Baronia*, t. VI, ann. 451, n. 30.

Dathan et Abiron ex invidia populum Israeliticum in deserto adversus Moysen conceperunt, quos novo et inaudito supplicii genere terræ hiatus absorbit, corpusque



simul cum anima in tartara precipitavit. NUM. 16.

Anno Domini 1118, Philippus, Francorum Rex, pervenit ad obsidionem Aeon; post cuius adventum aliquot diebus transactis, Ricardus, Rex Angliæ, devicta insula Cypri, et bonis omnibus spoliata, ad eandem obsidionem pervenit. Venit autem cum eisdem Regibus, omnium incentiva malorum filia Diaboli, potentissima Regina inferni, discordia, et sedit in medio eorum cum sorore sua primogenita macilenta et livida, Invidia scilicet, et tam ipsos Reges, quam totum Christianorum exercitum in diversas voluntates et actiones distraxit. Cum enim Francorum Regi pugna contra civitatem placeret, Anglico displicebat, et quod placebat Anglico, displicebat Franco; et in tantum huiusmodi aucta est discordia ex invidia quod fere inter se intestinum moverent bellum. ABBAS USPERS. in *Chron. sub. An. 1118.*

FUGA. — Cum duo viri in castris propheta- rent, Josueque Moysi id nuntians rogaret, ut id prohiberet illi, respondit Moyses: Quia æmularis pro me? Utinam omnes propheta- rent! NUM. XI.

S. Gregorius Nazianzenus cum videret Ecclesiam propter suos æmulos perturbatam, dixit: Absit a me, ut mei causa unquam aliqua simulata inter Dei sacerdotes oriatur. Illud Jonæ usurpabo: Si propter me orta est tempestas, mittite me in mare. MARGH. tr. III, *Tub. Sac. lect. V.*

Michael Angelus Bonarrotus, cum juvenis Florentia Romam venisset, et Raphael Sanctius Urbinas arti illius invideret, Bacchium unum cum Satyro ludentem affabre effinxit quem brachio mutilavit, et nomen summi basi insculptum eamto opplevit, ac statim fulgine tingens, in vinea cujusdam civis, ubi domum brevi extruendam sciebat, defodi curavit; eumque post annum ab iis, qui fundamenta jacebant, statua reperta esset, et ad Pontificem delata, omnes artem mirari, antiquitatem extollere; solus Michael dissimulabat. Jam lite inter illos exorta, Sanctio affirmante opus perfectissimum omne pretium excedere, nisi mutilum foret; Michael nomen exhibuit, cemento amoto et brachium attulit, quo singulare sibi ex invidia Sanctii sententia nomen comparavit. ENGELGR. fol. 117.

## EXEMPLA PROFANA.

Diogenes quodam interrogatus, quomodo modo quis de inimico suo se vindicare possit, respondit: Veritate et arguta, id est, bene et virtuose se habendo in cunctis operibus suis; hoc enim modo effecit, ut cor et viscera adversarii sui per invidiam dirumpantur. MANSI, d. XV, n. 6.

Periander nemini invidabat, dicere solitus quo magis quisque alteri invidet, eo majorem fieri causam bonorum ei, cui invidet. ANTON. in *Mel. p. I, f. 62.*

Theophrastus invidios reliquis hominibus infeliciores censebat, eo quod alii suis tantum in calamitatibus dolerent; invidi vero præter sua mala bonis etiam alienis contristari solerent. STOBÆUS, s. *Invidia.*

Themistocles ob honores Miltiadi collatos, quod Barbaros in Marathonem superasset, tanta invidia correptus est, ut noctes insomnes consumeret, rogatusque quam ob rem tam sæpe excitaretur: Miltiades, respondit, trophæis suis me excitabat. ÆMIL. PROBOS.

M. Cato dicebat, eos, qui fortuna moderate, sobrieque utuntur, minime peti invidia: Non enim, inquit, nobis, sed bonis, quæ nobis circumstant, invident homines. STOBÆUS, s. XXXVI.

Solymanus, Turcarum Imperator, quatuor habuit filios. Natu maximus Mustapha de Persis victor rediens, dum a Byzantinis ingenti plausu ac triumpho excipitur, invidus pater filium ad se alacrem reversum in conclavi strangulavit, ejusque cadaver militibus objeci, addito præconis edicto: Unus in caelis Deus, unus in terris Solymanus. Frater minor, quod ideo ploraret, huius duo post veneno sublatus est. Tertius ad Persas confugerat, sed per legatum dedit jussus, securi palam percussus est. BABON. ann. 441.

Caligula Cæsar pulchros et comatos, si quos obvios haberet, occipitio raso deturpato præ invidia fieri curavit. SUETON. in *Imp.*

Theophilus Imperator jamjam moriturus, ne Theophobus, quem ex invidia in carcerem conjici jussisset, superesset, caput illius præcidi, sibi que offerri jussit; quod exsanguis manu apprehendens, et cum gaudio contemplanis dixit: Ego posthac non ero Theophilus, necti Theophobus. Et hoc

dicto expiravit. ENGELGR. *Dom. 3 post Epi. tom. II.*

Alexander Magnus odit Perdican, quia bellicosus erat; Lysimachum, quia militandi peritus; Seleucum, quia magni animi; Ptolemeum, quia omnia prospere ei evenerunt. ÆLIAN. l. XII *Hist.*

Cambyses, Rex Persarum, fratrem interfecit, quia arcum validius, quam ipse attraxerat. SUETON.

Gobrias, Darii Regis socer, ut inimicum a tergo se amplectentem interficeret, seipsum ense transfodit. JUSTINUS.

Cum Apollo a Jove ad explorandos hominum animos missus, in avaram et invidum incidisset, jussissetque quemvis aliquid petere, ea tamen conditione, ut alteri idipsum duplicatum daretur, avarus nihil petere voluit, invidus oculum petiit, ut sibi unus, alteri uterque oculum erueretur. LANGIUS, in *Polyant. f. dxciv.*

Est hoc civitatum peculiare malum, unde discordiæ, seditiones, intestina bella sæpe orta. Affectat invidia felicitatem, nunquam euntis vestigio hæret, nunc ex obliquo assistit, occursaque a fronte, nec patitur solidum esse fructum, qui ex rerum successu percipiendus est; idem sane affectus solus, aut præcipuus Cinionem tam infestum reddidit Perici, Anytum Aleibiadi, Epaminondam Pelopide, Hannonem Annibali, Fabium Maximum Scipioni, Marcellum Cæsari, pretextuit (scio) alius aliam causam suo odio, sed dissidii origo aut ex odii fonte orta est, aut liventibus fuit aquis respersa. SABELL. hom. IX.

## SIMILITUDINES.

QUALITAS. — Sicut ille, qui primus ejusdem mali peste correptus est, nec medelam poenitentia, nec fomentum alienius curationis admisit; ita et hi, qui iisdem se perentiosos morsibus tradiderunt, omnem opem sancti incantatoris excludunt. CASS. *Coll. XIX, c. XVII.*

Sicut proprium Dei, liberalitas et largitas, ita proprium est Diaboli livor et invidia; et ideo observemus, Fratres, vitii hujus incursum, ne forte participes operum Diaboli efficiamur, et pari eum eo sententia condemnemur. S. ZENO, s. *de Livore.*

Sicut omnes virtutes (si tamen virtutes sunt veræ) constitunt hominem membrum Christi; sic, juxta sententias Doctorum,

peccata constituunt hominem membrum Diaboli, et sicut charitas est membrum Corporis Christi connexio, ac etiam ligamentum; sic invidia est malorum ligamentum, Dæmonis scilicet, capitis. Sicut igitur membra, quæ per charitatem sunt connexa Christo, non possunt esse sine debita operatione; sic membra, quæ per Invidiam dæmoni connectuntur, quiescere non possunt, quin suo capiti conformiter operentur. S. ANT. PAD. s. in *fer. IV Pass.*

Sicut acanthides maxime adultis jam frugibus et rosis florentibus incumbunt; ita invidia maxime adortur bonos, et ad virtutem proficientes, atque gloriam. PLUTARCH. *de Invid.*

Sicut musca, omisso sano corpore, ubi vulnus est, concitata, præcipitesque conveniunt; ita et invidi, si quid ab aliquo in hac vita bene gestum, est, si quid præclarum in actibus, in verbis probabile, in moribus admirandum est, nihil prorsus vident, nihil retractant; si autem quid aut culpabiliter gestum, aut incauto sermone prolatum, ut accidere hominibus solet, hoc loquuntur, hoc profertur, hoc in publicum venditant. S. ZENO, l. VI.

Sicut aranea, quidquid sugit, in venenum convertit; sic invidus omnia bona proximorum in deteriore partem interpretando corrumpit. BELLO V. *Spect., l. III, p. IV, dist. I.*

Sicut flammam augmentat, magisque voracem efficit injectorum lignorum copia; ita et æstum invidia, profectus et augmentum virtutis, gloriaque, meritique amplificat, ut proinde D. CHRYSOS. sequentibus in livorem non dubitavit invehit verbis: O invidia, perturbatoris plena, ignis, qui nulla ratione extinguitur! S. CHRYS. in *Ps. L.*

Sicut snes lutosa immunditia, et Dæmones nostris damnis letantur; sic invidi calamitate proximorum exultant, alienas jacturas suos questus existimant. Nonne igitur tales homines lapidibus petendi? Nonne omni cruciatu torquendi, non aliter profecto, quam rabidi canes, Dæmonisque atroces furia? S. CHRYS. hom. XLII, in *Math.*

Sicut in sole ambulantes umbra sequitur; ita in honore et felicitate ambulantes invidia; ubi nullum lumen, umbra nulla; sic, ubi nulla felicitas, nulla invidia. Hinc illud Poeta:



Invidiosa meae nempe umbra pedissequa vilis  
Ostendit lumen innessis meis.  
MARC. tr. iv, *Tub. Sac. lect. v.*

Sicut flammam primum emicantem multus  
comilatur fumus, qui quidem evanescit,  
ubi ea convaluerit, pleneque se explicuerit;  
ita res egregias agredientem initio multa  
premit invidia, donec aucta gloria invidiæ  
fumam disentiatur, nam fumus gloriæ invidia  
est. POUTARC. in *Mor.*

Sicut malus consiliarius omnia depravat  
assidens; ita invidia, nulla magis damnat,  
quam quæ sunt optime diæta. *Ibidem.*

Sicut ignis græcus in aquis magis inar-  
descit, et noctua luce media magis caligat;  
sic invidus in aquis gratiarum fortius exar-  
descit, unde debet extingui, et luce bono-  
rum operum magis excecatur, unde debe-  
ret illuminari. STAPL. text. II, in *Dom 3*  
*Quadr.*

Sicut scarabeus unguentum succi bal-  
salmi, aut nardi, aut alium quemvis odorem  
bonum non sustinet, sed in stercore semper  
versatur; sic invidia non nisi vitia aliorum  
notat, et eorum virtutes odit. S. EPIPH.  
*de Hæres. XI.*

FUGA. — Sicut, cum aliquem videris  
vincum cervicæ, manibusque ferratum, non  
invidēs, sed misericordia illius tangeris;  
ita et cum videris divitem cunctis omnino  
rebus circumdatum, noli propter ea illum  
putare loquitem, propter quæ debes eum  
infelicem vocare. S. CHRYS. hom. XIV in  
*Matth.*

Sicut si mendicem in fabula vides, qui  
Regis personam sustinet, auratum et pul-  
chrum vides sed non invidēs, quia lafere  
sub auro illo seīs scabiem; ita idem existi-  
mare debes de cunctis Magnatibus mundi  
male viventibus. LIPSIVS CONSTANT. l. II,  
c. IV.

DAMNUM. — Sicut papiliones lucernam  
extinguere volentes, se ipsos comburant;  
ita invidi volentes aliis radios divini boni-  
tatis eripere, sibi potius quam illis nocent.  
FABER. conc. VI, in *Septuages.*

Sicut viperæ dicant abrupto matris ven-  
tre nasci; sic invidia concipientem se ani-  
mam corrodit ac tabefacit. S. BASIL. orat.  
*contra Invid.*

Sicut tinea vestimento, et vermis ligno;  
ita tristitia viri nocet cordi. PROV. XXV, 40.

Sicut ferrum absumitur rubigine; ita  
invidi suo ipsorum vitio, etsi a nemine la-  
dantur, contabescunt. LAERT. l. VI, c. I.

Sicut furentes sæpenumero gladios in se  
convertunt; ita invidi solam invidi perni-  
ciam intuentes propriam negligunt salutem.  
S. CHRYS. hom. XLIV, de *Livore.*

Sicut apes possunt quidem infligere acu-  
leum, sed eo relicto ipse etiam pereunt;  
ita invidi, dum alios lingua dolosa lædunt,  
propria ipsi quoque malignitate contabes-  
cunt. ERASMUS ROTER. in *Apoph. CXXXII.*

Sicut navis incendiaria ad hoc constructa  
est, ut seipsam perdendo etiam alias peri-  
mat; ita invidi ut malam alteri erent,  
seipsos perdere non verentur, ENGELG. in  
*Dom. 5 post Epiph. § 1.*

Sicut tigris musico concentu auditu cru-  
delius sævit, et dilaceratur; sic prospero  
justi eventu peccator irascetur, et propriam  
dilacerabit animam. *Ibid. ex S. Hieron.*

Sicut omne jaculum, quod vehementius  
fuerit intortum, si forte in aliquod solidum  
et durum corpus illiserit, in eum continuo,  
qui jecerat, repercussum retorquetur, et  
resilit; ita etiam invidentis motus, et ani-  
morum telum, cum nihil nocuerit ei, cui  
intenditur, vulnus tamen intendentis efficit.  
S. ZENO, l. c.

Sicut bonis mala cooperantur in bonum;  
ita invidis bona cooperantur in malum,  
unde tales aurum convertunt in cuprum,  
gemmas in lutum, granum in paleam, vi-  
num in aquam, mel in fel, diem in noctem,  
balsamum in sterquilinum, electuarium  
in venenum. S. BONAV. *Comp. Theolog. l.*  
*III, c. XVI.*

Sicut homo ex charitate meretur in om-  
nibus suis, et aliorum operibus; in suis  
operando, in aliorum complacendo, vel  
congruendo; ita invidus in omnibus de-  
meretur. BELLOV. l. c.

Sicut basiliscus omnium serpentium est  
pestilentissimus; ita et invidia inter omnia  
vitia seelus est maxime perniciosum, atque  
execrabile, ita ut S. Bernardus dicere non  
dubitavit: Nosse cupis oculum venenatum,  
oculum nequam, oculum fascinantem? Invidiam  
cogitato. Quid vero invidere, nisi  
malum videre est? Nemo alterius bonum  
invidio aspiat oculo. Basiliscus venenum  
in oculo portat, suoque inficit, mortemque  
infert irremediabilem solo obtutu. Basiliscus  
venenum in oculo gerit, inquit dictus mel-  
lilifus, pessimum animal, et præ omnibus  
execrabile. MANSI, d. I, n. I.

## MOTIVA.

Quia Deo directe contrarium est hoc vi-  
tium; uti S. Cyrillus ostendit, dicens: Com-  
odis invidentia quempiam propter bonum,  
jam principaliter ipsius hostis es boni,  
quoniam ejus gratia est unumquodque, et  
illud magis; sed cum ipsum bonum sit  
Deus, a quo tanquam a suo fonte, vena ho-  
nitatis manans in omnia derivatur, hinc  
sane convincitur, quod tu hostis Dei, et honi-  
sis, et tui ipsius, et omnium inimicus. Cæte-  
rum cum malitia bonitati sit contraria,  
vide, quanta te depravavit malignitas, cui  
tota bonitas est adversa. S. CYRILL. AL. *apud*  
*Mansi, d. VI, n. I.*

Quia Dæmone pejorem facit; ut S. Chry-  
sost. assertit, dicens: Invidus ipso Diabolo  
magis diabolus est; invidet Satan, sed ho-  
minibus, non sociis; tu vero homo cum sis,  
invidēs hominibus, odium adversus genus,  
naturamque communem exerees, quod nec  
Satan quidem fecit. Et Dæmones in nos qui-  
dem implacabile odium habent, iis autem,  
qui ejusdem generis cum ipsis, non insi-  
diantur; hi vero neque naturæ communitatem  
reverentur, neque propria salutē par-  
cunt, sed ante illos, quibus invident, suas  
ipsi animas penis afficiunt. S. CHRYS. in  
*Joan. hom. XLV; et tom. VI, Egloga de*  
*Invid.*

Quia brutis facit viliorē; nam uti ite-  
rum S. Chrysost. dixit: Fera esca indigen-  
tes, vel a nobis irritata, adversam nos ar-  
mantur; invidi vero beneficiis affecti, bene-  
meritos maleficiis prosequuntur. S. CHRYS.  
hom. XLIV, *ad Pop. Antioch.*

Quia per se vilem facit; nam teste Guer-  
rico Abbate, hæc est illa, quæ non magnos,  
sed parvos semper torquet, dicente S. Job:  
Parvulus occidit invidiam. In eo enim, quod  
aliquis alieni invidet, minorem se ostendit  
ei, cui invidet. GUERICUS, in *die Purif.* Hinc  
et Petrus Blessensis ait: Nunquam invidi-  
ses, si qua tibi inesset generis, mentisve  
nobilitas, quia, testimonio poetæ, Livor,  
iners vitium, mores non exit in altos, utque  
latens ima vipera serpit humo. PETR. BLES-  
SENS. ep. LXXII. Rationem vero ulteriorem  
S. Gregorius reddit, dicens: Invidere non  
possumus, nisi eis, quos nobis in aliquo  
meliores esse putamus. Parvulus ergo est,  
qui livore occiditur, quia ipse sibi testimo-

nium perhibet, quod et minor sit eo, ejus  
invidia torquetur. Hinc est, quod hostis  
callidus primo homini invidendo surripit,  
quia amissa beatitudine minorem se immor-  
talitate illius agnovit; hinc est, quod Cain  
ad perpetrandum fratricidium corruit, quia  
despecto suo sacrificio, prelatum sibi infre-  
muit, ejus Deus hostiam accepit, et quem  
meliozem se esse exhorruit, et ne utrumque  
esset, amputavit. S. GREG. I. V. *Mor. c. XXXI.*

Quia radix inimicitiarum est, teste S. Am-  
brosio dicente: Quæ causa inimicitiarum,  
nisi invidia? sicut Salomon ait: « Quia in-  
vidia Diaboli mors introivit in orbem terra-  
rum. » Invidiæ autem causa, beatitudo ho-  
minis in Paradiso positi. Et ideo quoniam  
ipse Diabolus acceptam gratiam tenere non  
potuit, invidit homini, eo quod figuratus est  
limo, ut incola Paradisi esset, electus est.  
Considerabat enim Diabolus, quod ipse, qui  
superioris fuisset nature, in hæc sæcularia  
et mundana ceciderat, homo autem infio-  
ris nature sperabat æterna. Hoc est ergo  
quod invidet, dicens: Iste inferior adipisce-  
tur, quod ego servare non potui? Iste de  
terris migrabit ad Cælum, cum ego de Coe-  
lo lapsus in terram sim? S. AMB. I. *de Parad.*  
*c. XII.*

Quia radix detractionis est, uti S. Laur.  
Justin. indicat dicens: Frequenter fax illu-  
minationis, et invidia livor quorundam  
accendit animos. Repleti autem hujusmodi  
diabolice malignitate, et invidiæ sagitta  
transfixi, profectum fratrum suorum  
proprium judicant detrimentum. Propterea in-  
stigante livore detractionibus lingue habenas  
laxant, et vitam proximorum murmura-  
tionibus dilaniare non cessant, observant  
gressus, verba disentiunt, et mores illorum,  
quibus invident, semper dijudicant, eorum  
derogant devotionibus, eorum virtutibus  
laccuntur, eorumque bonis operibus affli-  
guntur. S. LAUR. JUST. *op. Mansi, d. XI, n. I.*  
Quia reprobationis signum est; hinc  
S. Zeno monet: Fugiamus invidiam, obi-  
cem pietatis, obstaculum Regni Cælorum,  
viam gehenne, pignus et primitias quasdam  
penæ perpetuæ. S. ZENO, *de Livore.* Et id ip-  
sum confirmans S. Gregorius Nyssenus:  
Que, inquit, desperatorum lethalia signa  
sunt, ea sæpenumero in iis qui invidia con-  
tabescunt, existunt. S. GREG. NYSSEN. l. *de*  
*Beatis. c. VIII.*

Quia majora mala sibi conciliat, quam  
illi, cui invidet: Quid enim Abeli nocuit



Cain? inquit S. Chrysostomus, Nonne illum citius quidem ad Regnum invitustransmisit, se ipsum vero innumeris malis confodit? Quid Jacobo damni attulit Esau? Nonne ille quidem dives erat, atque innumerabilibus perfruebatur bonis, hic vero paterna etiam domo eieciabatur? Fratres Josephi quod gravius malum ipsi intulerunt, maxime cum ad sanguinem usque pervenerint? Nonne illi quidem famem passi sunt, et externa pericula adierunt, hic vero Rex universæ terræ Egypti factus est? Quanto enim magis invidus, tanto majora bona ei, cui invidet, procuras. S. CHRYS. t. VI *Eglog. de invid.* Hoc enim omnis invidus, ut S. Isidorus ait, alienis virtutibus præstat, quod B. Jobo Satan præstitit; nam dum emulatur prosperitatibus, commovit adversa, sed dum credidit eum Diabolo posse prosterni, inde ejus aucta sunt merita, inde claruerunt probatoria patientiæ documenta.

Quia ordinarie invidus cadit in foveam, quam alteri struxit; hinc Blessensis ait: Sustine, quod invidi et emuli tui se ipsos occidant, ut gladius eorum intret in corda ipsorum. Sane Goliath interfectus est gladio, quo David exitium intentabat. Aman suspensus est in patibulo, in quo supplicium destinaverat Mardocheo. Verbum Salomonis est: Qui mittit lapidem in altum, super caput ejus cadat, nec enim lex æquior ulla est, quam necis artifices arte perire sua. PET. BLESS. ep. 80.

Quia semel concepta animo difficulter deponitur, ut S. Cyprianus testatur, dicens: Ab invidis nunquam livor deponitur, diabus ac noctibus peccus obsessum sine intermissione laniatur. Mala cætera habent terminum, et quodcumque delinquitur, delicti consummatione finitur. In adultero cessat facinus, perpetrato stupro; in latrone conquiescit scelus, homicidio admissio, et prædoui rapacitatem statuit præda possessa, et falsario modum imponit fallacia impleta; zelus terminum non habet, permanens jugiter malum, et sine fine peccatum. S. CYP. *de Zelo*. Et confirmans id ipsum S. Laurentius Justinianus: Insanabilis, inquit, est prorsus ipsorum livor, non enim placentur blanditiis, non mulentur obsequiis, non rationibus acquiescunt, quin potius, quemadmodum ignis accenditur additione lignorum, ita et horum passio augetur multiplicatione virtutum. S. LAUR. JUST. c. XIII *de Discip. Monast.*

Quia irrationabile vitium est; uti S. Thomas Villanova insinuat, dicens: Hoc peccatum diabolicum est, et purum malum, nam alia vitia et peccata aliquid bonum præterdunt, licet inordinate. Nam ambitiosus querit honores, avarus divitias, lubricus voluptates, gulosus sapes, acediosus quietem, et hæc omnia bona sunt, si non nimis et præter divinæ legis, et rationis ordinem quærerentur; sed invidia pura malitia est, nihil habens commodi, sed tormenti plena, nihil voluptatis. S. THOM. VILLAN. s. in *ser. VI Pass.* Hinc et D. Chrysostomus: An ignoras, inquit, omni venia hoc peccatum carere? Ac merito illud quidem, etenim fornicator cupiditatem prætereundum potest, fur inopiam, et homicida iram; frigiditas quidem causas, et minime justas, habent tamen, quas dicant; tu vero, quas causas commemoraberis? Die mihi? Nullas, nisi vehementem tuam improbitatem? Si enim inimicos diligere jubemur, quam persolvemus penam, si amicos quoque odio prosequamur? Nam si is, qui amantes se diligit, nihil melius se habet, quam Ethnicus, quam habebit veniam, qui nullam injuriam inferentis vexat? S. CHRYS. t. VI, *Eglog. de Invid.*

#### ALIA MOTIVA.

Quia vitium hoc maxime odversatur Bonitati divinæ utpote omnia sua bona summa cum charitate communicant.

Quia statim Bentorum in cælis repugnat; nam et hi de felicitate mutua gaudent, nec minor majori gloriam invidet suam.

Quia Demoni similem facit, ejus invidia mors in mandum introivit, et, ut S. Cyprianus ait, ille Angelica Majestate subnixus, ille Deo acceptus et charus, postquam hominem ad imaginem Dei factum conspexit, in zelum malevolo livore prorupit, non prius alterum dejectionis instinctu zeli, quam ipse zelo ante dejectus; captivus ante, quam capiens; perditus ante, quam perdens; dum stimulante livore homini gratiam datam immortalitatis eripit, ipse quoque id, quod prius fuerat, amisit. S. CYP. hom. XLII *ad Pop. Antioch.* Imo, teste S. Chrysostomo: Invidus ipso Diabolo est magis diabolus; nam Satan invidet quidem hominibus, sed socio nemini; invidus vero homo cum sit

etiam hominibus invidet. S. CHRYS. hom. XVI *in c. XXI Gen.*

Quia, teste S. Chrysostomo, tale malum invidia est, quo nulla inquam malignitas pejor invenitur. Id quod in specie magis declarat S. Cyprianus: Non est, inquit, quod aliquis existimet, malum istud una specie contineri, aut brevibus terminis, et angusto fine concludi. Late patet zeli multiplex et fecunda pernicies, radix est omnium malorum. Inde odium surgit, animositas inde procedit, avaritiam zelus inflamat, dum quis non potest suo esse contentus, videns alterum ditiozem. Ambitionem zelus excitat, Dei timor spernitur, Magisterium Christi negligitur, iudicii dies non prævidetur. Inflat superbia, exacerbatur sævitia, perfidia prævaricatur, impatientia concutit, furil discordia, ira fervescit. Nec se potest jam cohibere, nec regere, qui factus est potestatis alienæ; hinc Dominice vinculum pacis rumpitur, hinc charitas fraterna violatur hinc adulteratur veritas, unitas scinditur, ad hæreses ac schismata prosilitur, dum obtractatur Sacerdotibus, Episcopis invidetur. S. CYP. *or. de Zelo*.

Quia hoc vitium omni excusatione caret apud Deum, ut S. Chrysost. sapienter advertit; nam fornicator quidem concupiscen tiam prætereundum potest, fur paupertatem homicida furorem; tu vero (o Invidie) quam præterdes causam? Nullam penitus, nisi tantum intensam nequitiæ. Hoc vitium fornicatione pejus est et adulterio. Hoc enim in operato tantum sinit, invidia vero vis totam subvertit Ecclesiam, et toti nocet terrarum orbi. S. CHRYSOS. h. XLIV *ad Pop. Antiochen.*

Quia vitium hoc propemodum incurabile est. Nam quemadmodum oculi difficulter curantur, quia teneri sunt et reconditi; ita et invidia tam fœdum malum est, ut invidus ipse se prodere non audeat, sed potius gaudium simulet, et tacite secum rumpatur. Ob quam causam nec medicinam facile invenit, teste S. Basilio. Idem etiam Cassianus confirmans: Usque adeo incurabilis, inquit, est ista pernicies, ut blandimentis exasperetur, inflatur obsequiis, muneribus irretitur, quia, ut Salomon ait: Nihil sustinet zelus. Unde idem auctor de hoc vitio illud Jeremias vaticinium dictum putat: Ecce ego mittam vobis serpentes regulos, quibus non est incantatio, et mordebunt vos. S. BASIL. *or. de Livore*. Coll. XVIII, c. XVII.

Quia invidus ipse suus est carnifex; nam, teste S. Gregorio Nazianzeno, invidia tabes est possessorum, virus ac rubigo eorum, qui ea agitantur, sola æquissima simul iniquissima. S. GREG. NAZ. *ap. Drex. in Joseph.* c. II, § 3.

Quia stultum est vitium; quippe per id obscuratio famæ proximi quaeritur, cum tamen constet, plerumque per invidiam clariorem fieri eum, cui invidetur. Hinc D. Chrysostomus: Ne ad principium eorum, quibus invidetur, sed ad finem respice, et attende, quia malitia invidientium eos, quibus invidet, clariores efficit. S. CHRYS. hom. VI, *in Gen.*

Quia tristissimum est vitium; nam talibus non cibus lætus, non potus potest esse jucundus. Suspiratur semper et ingemiscitur, ac doletur diebus ac noctibus, peccus obsessum, sine intermissione laniatur. Hinc Hippas Philosophus dicebat, tales homines duplo magis, quam cæteros calamitosos esse, cum et propriis ex malis tristitiam capiant, et alienis. S. AUG. ser. XXXII, *de Temp.*

Quia etiam in altera vita gravissimum penam meretur, uti S. Bernardus insinuat dicens: Considerate, obsecro, qualiter invidos punitura sint mala sua, quos etiam bona puniunt aliena. S. BERN. s. de *nin. fall. præv. vitæ*, fol. 351.

Ælius Sincerus, rari vir ingenii magnæque nobilitatis, cum in conspectu Frederici Regis inter physicos quaestio, quid præcipue conferret oculorum perspicuitati? alii fœniculi afflatum dicerent, alii vitri usum, alii aliud. At ille: Ego invidiam aio. Obstapuerunt hoc dicto medici adeo, ut ab auditoribus derisui haberetur. Tum ipse: An non invidia majora et pleniora omnia invadere facit? Quid autem oculis magis presentancem, quam ut vis ipsa aspiciendi major reddatur, atque vegetior? Protulitque statim Ovidianos illos versus:

Fortioris seges est alieno semper in agro.  
Viciniæque pecus grandius uber habet.  
OVIDIUS.

#### MEDIA.

Oratio crebra; uti Cassianus suavit, dicens Quapropter ne totum, quidquid in nobis vividum est, et quasi vitali vegetatione Sancti Spiritus animatur, uno tantum hujus mali morsu basiliscus interimat, divinum